Monarchia Petri
de monte veneti epi Brixienſis in qua ge
neralium conciliorum materia de po
teſtate preſtantia & excellētia Ro
mani pontificis & imperatoris
pleniſſime diſcutitur ex pro
prio originali Felini ſan
dei tranſcripta: vna cū
quibuſdam aditiun
culis eiuſdem Fe
lini ſandei nouiſ
ſime in lucem
miſſa.

ROMAE.

M.D.XXXVII.

Coll. Soc. Jesu Salm. ex dono Regum
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

habentur orig'naliter matthei .xvi. tran
ſumptiue.xxiiii.q.i. quodcunq;.xxi .di.
in nouo .xix . diſt. ita dñs . de maio.&
obe. ſolite.que iura clariſſime probant
poteſtatem pape eſſe adeo. Per hec tamē
verba non fecit eum principem apoſto
lorum nec dedit ei poteſtatem clauium:
ſed tantummodo daturum ſe promiſit:
vt patet per illa verba . Tibi dabo . &c.
que ſonant in futurum tempus. Ceterum
poſt paſſionem & reſurrectionē chriſtus
promiſſa impleuit dando petro claues
regni celorum caput eccleſie & principē
apoſtolorū dū inſufflauit in apoſtolos ſpi
ritum ſanctum dicēs. Sicut pater . miſit
me:ita ego mitto vos. Accipite ſpiritum
ſanctum & quorum remiſeritis peccata:
remiſſa ſunt eis & quorē retinueritis: re
tenta ſunt eis. Ioh.xx. Petro autem dixit
Paſce oues meas vt habetur originaliter
Ioh.vlt. tranſumptiue autē. de elect. ſigni
ficaſti. Exercitiū autem clauium in aſſen
ſione conceſſit dum dixit. Ite in vniuerſū
mundum & predicate euangelium omni

uendi.l.ſicut.§.ſed ſi queratur.

Quod autem propter hereſim papa de-ſinat eſſe caput eccleſie probatur per il-lud deutero.xvii.non poteris alterius ge-tis regem facere qui non ſit de fratribus tuis. Item quia extra eccleſiã non poteſt habere claues eccleſie.tex.eſt ualde pul-cher & animaduertendus.xxiiii.q.i.audi uimus.ubi multis autoritati bus hoc deducitur. Bene fa cit quod not.per glo.& do-d͛to.in.c.ſi.de ordi.ab epiſco po.qui renun.epiſcop. Nec obſtat huic concluſioni & pre miſſis.c.nunc tan.xxi.di.ubi concilium non depoſuit mar cellinum papam qui tamen hereticus dicebatur quia di-cendum ꝙ illud fuit ſibi factũ ex diſpenſatione.uel ideo q̄a marcellinus erat paratus cor

¶ Habes hic unum caſum in quo papa poteſt de poni ſcili cet ſi ſit he reticus in quo caſu omnes do d͛tores con ueniunt per.c.ſi pa pa nec immerito quia nullum peccatum eſt grauius hereſi.xxii.q.ca.primum in

Poſtremo & ſi multa ex his que ſupra
ſcripſi ex multoꝝ ſentētia collegeri
tn̄ quia diuina fauēte clemētia nōnulla et
ingenio meo fabricata ſunt idcirco ſubi
cio hāc proteſtationem que ſolet iuuare
proteſtantē & eius animū declarare. Pro
fiteor itaqꝫ quecūqꝫ dixi me ſubicere cor
rectioni ſacroſancte romane eccl'ie & ſedis
apl'ice. Necnō iudicio ſanctiſſimi dn̄i no
ſtri dn̄i Eugeniii diuina prouidētia pape
quarti & ſuoꝝ ſucceſſorū canonice intrā
tiū proteſtās intētioni mee nō fuiſſe aut
eſſe quicq̄ affirmare vel pertinaciter aſſe
rere quod ſit cōtra ſanctā romanā eccleſiā
Offerēs me paratū ſtare hūiliter eius ma
terie emēdationi ad q̄ pertinet oues errā
tes ad xp̄i ouile & gregē dn̄icū ac viā ve
ritatis reducere illo inſtituēte qui eſt via
veritas & iuſticia ac vita viuitqꝫ & re
gnat per infinita ſecula. Amen.

FINIS.

Rome Apud Antonium Bladum
M.D.XXXVII.